Evangelii cultusq Deo puty præ[?]tet. Cui accedit quod eade Celſ: T. in ſpem Ecclarū ſuarū ne his aliquando idonei deficiant Doctores atq Paſtores munifica liberalitate fo, vet alumnos Musarum, in Academia noſtra Samuelem Leonhardi et Jacobum Koſtezki qui Orthodoxam doctrinā adversus omne genus hæreticos, atq etiam novos Antichriſti milites triarios, Jesuitas, aliquando feliciter tuebunt, atq poſteritati illibatam ſervabunt. Hi adeò Ill: Princeps nunc ad Celſitudinem Tuam ſcribendi mihi cauſa fuerunt, quia referre putaverunt T. C. ex me de ſtudiis et moribus ſuis aliquid cognoſcere: de quibus verè fateor, eos cum ingenuā moderatione pietate ac frugalitate, aſſiduam in ſtudiis diligentiam hacteng conjungere. Et Samuel quidē, cujus ingenium amabile et acutū imprimis complector, contiguus meum ædib. habitat: uterq è regione domus meæ cibum capit, quotidie mihi in oculis, in lectionibus atq diſputationibus publicis, in collegiis privatis, ô exploratus minusquam cognitus. Uterq ſanè jam trium prope añorū ſpacio, qui nobiscum ſunt, cousq in bonarū literarū et S: Theol: ſtudiis progressi mihi videntur ut ſi ſupremā à Facultate noſtra lauream petat (quod ô obſcurè præ ſe ferunt) haud laturos repulsam exiſtimem. Tam præclarum Conatu Tuæ Celſitudini peraq glorioſū, atq Ecliis Lithuanicis ſalutarem futurum, quin Celſitudo Tua munifico ſumtu ſit adjutura nullus dubito. Vale Illr. Princeps, ac meū hoc ſcribendi ſtudiū in bonā partem accipe, meq inter C: Tuæ addictiſſimos clementiſſime complectere. Heidelbergæ d. [?] Martij A. 1605.

D. Rudolpho Goclenio 57.

Salutem à Domino Jesu!

Gratulor tibi, gratulor Eccleſiæ, gratulor Academiæ novum patronum exaſse. Utinam tu nobis ſic gratuleris! Valde me recrearunt tuæ ad Adamum noſtrum, quas mihi exhibuit legendas: quia diu ambiguus rumor nos de ſtatu veſtro detinuit. Sed quid veſtri Θεόδωροι! Videte, ut Menzerum vobis

vindicetis: nec D. Moltherus vobis procul ab-
erit, cum quo plurima ego inscriptis. Tuum
πρόδρομον percurri avide, nec praecurri, aut antever-
ti tamen. Conjunxi uno volumine Metaphysica Timp-
leri ob argumenti πολυποικίλου ἰσότητα. Sed quem
non fatigabit δρόμος ipse sive ἐπίδρομος tuus, ubi
veneris? Attigisti in doctrina distinctionum, quae
mihi valde placent, parce et recte. Sic enim de-
bent tangi mysteria, essentiam in divinis differre
τῷ λόγῳ a personis p. 435. personas ab invicem
τῷ εἶναι, id est realiter p. 464. Totus tuus sum.
Contra aliquando quidam hic: τῷ λόγῳ differre
et definitione differre: quae definitione diffe-
runt, formaliter differunt: quae formaliter, etiam
essentialiter: quia forma dat esse rei. Si igitur
essentia a personis τῷ λόγῳ differt, essentialiter
differet: et multo magis personae invicem sic diffe-
rent, quia τῷ εἶναι differre multo magis est for-
maliter differre: siquidem τῷ εἶναι est per for-
mam. Addebat, realiter communicabile, et re-
aliter incommunicabile non possunt esse idem
τῷ εἶναι. Essentia est realiter communica-
bilis: persona realiter incommunicabilis. Non
igitur sunt idem τῷ εἶναι. Placent sibi arguti ho-
mines in talibus tricis, quas Scholastici in adyta
penetrantes sibi et aliis injecerant, et quibus nunc
etiam haeretici norunt uti. Etsi autem scio prae-
stare tales argutias exterminari e Scholis Theolo-
gorum, quam explicari; tamen juventuti vel indigi-
tare illas non semper est inutile, et gratum erit de his
uno verbo gravissimum judicium tuum. Vive et vale cum

tuis et vestris, et nostris omnibus, Vir Charissime et Pareum tuum amare perge. Heidelbergâ ipsâ Petri Cathedrâ, cum jam ille Cathedra mea descendissem. Anno cum Deo 1605.

Danieli Saxoni Ecclesiastae atque Superintendenti in Halberstadio Saxonum. 58. D. Pareus

Salutem à Domino Jesu. Non est dubium in summis hisce perturbationibus atque distractionibus animorum, quibus patriam nostram Germaniam adeò concuti nunc videmus, ut non absurdè omninò conquerantur quidam simpliciores, vix duos inveniri de fide consentientes. Filium Dei regnantem à dextris Dei inter nos tibi colligere veram Ecclesiam et ubique locorum nosse suos, atque habere non paucos veritatem ac pacem diligentes, inque fide et charitate sanctam ὁμόνοιαν atque κοινωνίαν profitentes. Ita adeò Vir Magnificus D. Brederodius Ordd. Confoederat. Belgii per Germaniam Legatus, nuper ab oris vestris huc reversus, nobis confirmavit multis exemplis, ac tuo cumprimis, vir Reverende, cujus cum ille doctrinam, eloquentiam, virtutesque praeclaras, imprimis verò studium ὀρθοδοξίας singulare pro eximio, quo pollet judicio suo multis verbis nobis comendaret, fateor me ejus sermone non modò recreatum fuisse plurimum, sed quoque ad gratulandum Ecclesiae et ad tecum conferendum studia mea permotum. Age igitur, mi frater, quod agis fortiter agito in Domino, ut talentum tuum plura dia lucretur, pro quo laetus tandem vocem excipies Domini, euge serve bone. De Gymnasii tui praejudicio et errore, quo tenentur, liberandis tibi prima cura esto. Controversias ad regulam verbi divini exigi parum plerisque et suspectum nunc videtur. Augustanae Confessionis plus illis ad vulgus valet authoritas. Esto. Fiamus omnia omnibus. Ad hanc igitur sententias suas et aliorum, qui perturbant Ecclesiam, probè examinent. Profectò opinionibus de